UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon [et] quosdam orandi modos ... complectitur

Puente, Luis de la

Coloniae, 1611

Admodvm Reverendo Patri In Christo P. N. Clavdio Aqvaviva, Societatis Iesv Præposito Generali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54597

Visual Library

ADMODVM REVERENDO PATRI IN CHRISTO P. N. CLAVDIO AQVAVIVA, SOCIETATIS IESV Præpoſito Generali.

OPTANDVM *quidem fuiſſet, admodum R. P. vt alterum aliquem ex tanto numero delegiſſes, qui P. Ludouici de Ponte Societatis noſtræ viri religioſiſsimi præclaras de Fidei noſtræ Myſterijs Meditationes ex Hiſpanico in Latinum ſermonem & citiùs, & feliciùs tranſtuliſſet: quia tamen placuit, vt hunc ego laborem pium, multiq́; fructuoſum in me ſuſciperem, contra vitæ meæ rationes exiſtimaui, id oneris abijcere, quod admodum R. P. T. mihi tam amanter impoſuit, cùm ad paucos dies ante biennium* Romæ *moratus, ſingulari animi voluptate tibi adfui. Quapropter, etſi me huic operæ minùs idoneum ſcirem, aggreſſus tamen ſum animo parendi prompto, atque eâ ſpe, fore, vt* DEVS *ſuo fauore adſit: quo fiat vt & zelo tuo, quo omnium cupis ſalutem, & meo quali quali conatu, hic labor, proximorum animis eueniat quàm maximè ſalu-*

taris. In ſtyli elegantia nihil laboris ponendum reputaui, ſed vt Hiſpanus Latinè loqueretur adlaboraui, laboris mercedem autumans legentium fructum. qui dum demum conſtat, ſi Authoris mentem aſſequantur. Nam vt Author ipſe, quos in Meditatione animi ſenſus à bonitate diuina accepit, eos porrò foras ſcribendo ad aliorum commodum protulit; ita me interpretem decebat, eoſdē ad latini ſermonis gnaros transfundere; quod facturus videbar, ſi ſcriptione ſimplici parè verbum verbo redderem. Maximè cùm, qui ſuarum Meditationum argumenta hinc ſumpturi ſunt, iȷs liberum fuerit aut addere, aut demere, vt variè affectos Spiritûs S. vnctio docebit. Neque enim omnes eodem cibo, licèt eiuſdem ſpiritûs, in eandem aluntur vitam æternam; ſed alius hoc, alius illo in virtutum magnitudinem feliciùs excreſcit. Et ſunt, quibus ſententiæ breuitas amplius conferat; ſunt etiam, qui copiâ aut delectentur, aut indigeant. Omnibus igitur vt fieret ſatis, bona fide ſententias ſum interpretatus, etiam vbi affectus alicuius exprimendi gratiâ, eadem verba repetenda fuerunt. Ex ſacris literis quæ adducuntur, præcedentibus aut ſubſequentibus verbis reddidi clariora, & in proprijs locis legere volenti etiam Verſus cum capitibus adnotaui, non ſine labore, & mora; cum fructu etiam, ſpero, & gratiâ. Adiuua

P. Adm. R. ſacrificijs & precibus, vt quam ſalutis animarum rationem in hac Interpretatione imperanda ſpectaſti, eam liberaliter concedere dignetur DEVS, *ad cuius maiorem gloriam omnes noſtri labores & vita diriguntur.*

Admodum Reueren. Paternit. Veſtræ

minimus in Chriſto ſeruus,

MELCHIOR TREVINNIVS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN